

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

5. An liceat Parochis mittere oleum Extremæ-Vnctionis ad infirmos, vt eo vngantur? Et docetur antiquos Patres Vnctionem curatiuam infirmis adhibuisse, etiam per non Sacerdotem, sed oleo benedicto à ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Ref. præterit.
R. f. 1. 1.
Vnctio
tum
fuc
aque
men
one
orec
tatis
epic
lept
tum
ita
et
tene
stus
tum
erit
am
fue
imp
m;
m;

g. vit. & in
alia vers.
cius annos,

super addita censetur acquirere benedictionem. Cu-
ius vtriusque rei ratio haec est, quod ritus isti bene-
dicendi sint tantum de iure positivo, & per Eccle-
siam instituti, quæ dum illos perficit, intentionem
suam, saltem virtualiter, etiam extendit ad liquo-
res illos eiusdem conditionis, qui postea in tali par-
ua quantitate admiscebuntur, vt priorem non cen-
seantur moraliter corrumpere; imò & licere in ca-
su necessitatis ita facere, intelligitur ex cap. *Quod in dubiis, ex r. de consecr. Ecclesie, vbi Innocentius V.* ita ait: Non negamus, quin oleum non consecratum
consecrato possit oleo admisceri.

7. Verum audiamus alium Professorem Regium
Louaniensem, & is est Ioannes Vvgers in 3. part.
D. Thome, in supplem. p. 29. art. 4. n. 6. ita afferens: No-
tandum denique, oleo benedicto admisceri posse oleum
nō benedicendum, ut pluribus inungendis possit suffi-
cere, vel non ita citè exsiccetur, iuxta cap. *Quod in dubiis, de consecr. Ecclesie, & Altaris, in 3. Decretal.*
Monent autem communiter Doctores, hanc mixtio-
nem cum cautela faciendam, vt additio paulatim
fiat, & in minori quantitate: ita enim aīunt, cense-
bitur esse idem oleum, quod prius, & benedicendum,
ut prius; secus si additio fiat simul in maiori, vel etiā
in æquali quantitate, de quo videtur licet Henriquez
supra, cum aliis, quos citat. Verum difficultate non
caret, quomodo dum sic paulatim in parua quanti-
tate miscent, efficiatur totum benedicendum, quando-
quidem ipsa benedictio, dum adhibetur, affir-
mant oleum præfens, in quod tendebat, & id quod
in oleo inde remanet, sit morale quid non habens
efficaciam, aut virtutem operandi, vel causandi ali-
quid circa oleum sibi superadditum: aut certe, si quis
forsan voluerit dicere, quod benedictio dum siceret,
extenderit se, & suo modo affecterit omne aliud
oleum, quod præsenti oleo aliquando admisceretur,
quid opus erit prædicta cautela: cum æquè benedi-
ctum, ita loquendo, erit totum oleum, si plus simul,
quæ si sensim, & successivè admisceretur.

8. Hinc non minus probabiliter forsan dici
poterit, per illam mixtionem oleum non benedicendum
non effici benedicendum, sed ad eum finem adhiberi,
vt eo modo oleum benedicendum ad plures possit ex-
tendende consequenter haec adhibenda ester cautio,
vt cum illo moderapine non benedicendum adhibe-
tur quoad quantitatem, sive simul, sive successivè, &
ita diligenter permisceretur, mortaliter nunquam fieri
possit, quin dum digitus in illo mixto intingatur,
semper simul aliqua parte olei benedicendum inungatur:
quia tamen prior opinio praxi, quæ in vsl est, magis
faner, hinc ad difficultates cōtra eam motas, respon-
deri potest, ex Christi institutione, & Ecclesiæ in-
tentione, benedictionem qua adhibetur extenderet se
ad omne oleum admiscedendum, quando in ea quanti-
tate admisceretur, vt mixtum mortaliter censetur esse
idem cum eo quod prius fuit, potius quam esse illud
quod est superadditum: & quamus physice non ope-
retur, & proinde potius est quæ extendi etiam ad om-
ne oleum, quando in maiori quantitate adhibetur,
tamen non ita Christum insituere voluisse, aut in-
stituisse: quia institutionem suam voluit accommo-
dare communi hominum sensui, & apprehensioni,
qui indicant, naturam rei non mutari per admix-
tionem modici extranei; sed potius extraneum in illam
mutari, & converti, & simul quo modo operan-
di ipsius naturæ: quæ sic operari solet.] Hucusque
Vvgers, ex quibus facile patet responso ad argu-
mentum contraria sententia. Dicendum est itaque,
quod si à principio Episcopus benedit quantitatem
olei, v.g. quatuor libratum, postea paulatim, & per
varias vices potest addi quantitas decem libratum, si

Tom. I I.

necessaria esset pro administratione sacramenti, &
copia infirmorum. Et ita, vt dixi, est vsl, & praxis.
Ecclesiæ.

R E S O L . V.

An licet Parochis mittere oleum Extrema-Vnctionis
ad infirmos, vt eo vngantur?
Et docetur, antiquos Patres Vnctionē curatiū infirmis
adhibuisse, etiā per nō Sacerdotē, sed oleo benedicto
à Sacerdotibus, nō ab Episcopo pro materia Extrema-
Vnctionis. Et p. 9. tr. & Misc. 1. Ref. 42. alias 43.

9. 1. **A**ffirmatiū responder Quintanaducēas in
Theolog. moral. tom. 1. tract. 5. singul. vlt. n. 1.
vbi sic ait: [Hoc oleum infirmorum (sacra) Vnctio-
nis remotam materiam] licet concedi posse à Paro-
cho, vel Sacrista, vt infirmi debita veneratione eo
vngantur, constat ex antiqua Ecclesiæ consuetudine
ab Apostolis desumpta, qui Marc. 6. à Christo Do-
mino tuittabantur, & vngabant oleo multos agros,
& sanabantur. Sic Innocentius I. Epist. 6. ad De-
cent. ait: Oleo ab Episcopo confecto, non solum Sacer-
dotibus, sed omnibus vii Christianis licet in sua, aut suo-
rum necessitate. Vbi Cornelius in Jacob. 5. vers. 14. do-
cet Innocentium loqui de vsl olei extra sacramen-
tum ad curandos infirmos.]

2. Sed hæc opinio mli non placet: nam vt re-
Et obseruat Cæstius Palaus tom. 4. tract. 26. disp. vni-
punct. 2. n. 8. oleum infirmorum solùm pro sacramen-
to Extrema-Vnctionis deferunt. Et idè dixit Bau-
nus in *Theol. mor. tom. 1. tr. vlt. 9. 3.* [Cùm triplex sit
genus olei, quod ad vsl Christiani populi benedi-
citur ab Episcopo, Chrismæ, & oleum cathecume-
norum, & infirmorum, id laborare Parochus sedulè
debet, ne corum aliquo vtratur ad aliud, quām cuius
causa est institutum ab Ecclesiæ: sed Ecclesiæ oleum
infirmorum instituit solùm (vt dixit Palaus, & patet)
pro materia Sacramenti Extrema-Vnctionis: ergo
extra vsl illius, Parochio minime vti dicto olco li-
citet esse pater.]

3. Nec obstant in contrarium à P. Quintanadu-
adducta: nam, pace viri docti, Cornelius à Lapié,
quem ipse pro sua sententia adducit, est contra ipsum:
etiam aperte fatetur, locum Innocentij non esse in-
telligendum de oleo sancto ab Episcopo benedicto, sed
de oleo benedicto à Sacerdotibus, vti fecerunt Ere-
mitæ. Vel dicendum est (ait Cornelius) Innocentium
solùm assertæ, licitum esse omnibus Christianis vti
oleo sancto in suis, & suorum necessitatibus, nimi-
tute aduocando Presbyteros, & ab eis accipiendo Ex-
tremam-Vnctionem. Quod etiam notauit explanans
dictum locum Innocentij Lessius in 3. p. D. Thom. de
Sac. Extr. Vnct. dub. 1. n. 4.

3. Fatoꝝ antiquos Patres Vnctionem curatiū
infirmis adhibuisse, etiā per non Sacerdotē, sed oleo
benedicto à Sacerdotibus, non ab Episcopis pro
materia sacramenti, vt etiam obseruat Nicol. Ylambert.
in 3. p. D. Th. de *Sac. Extr. Vnct. dub. 1. art. 4.* & idè Paro-
chi abstineat sacrum oleum ab Episcopo conferata
pro materia Extrema-Vnctionis, præbere laicis,
vt ipsi infirmos vngant ad sanitatem tuendam.

3. Vnde post hac scripta inueni nostram senten-
tiam docere Cardinalem Bellarminum *lib. 1. de Extr.*
Vnct. cap. 9. assert etiam esse contra praxim Ecclesiæ,
date oleum sanctum laicis, vt eo vtantur. Exempla
verd que legitur de miraculis, qua sancti Ere-
mitæ oleo sancto faciebant, non conuincunt eos fuil-
se vsl illo oleo, quod ad Episcopo solenni caremo-
nia beneditur, vt sit hujus sacramenti materia: po-

teram enim illo vti oleo, quod ipsi signo Crucis benedicabant. Ita Bellarminus.

RESOL. VI.

An una gutta olei sit sufficiens in unaquaqueunctione, ad conferendum Sacramentum Extreme-Vunctionis? Ex quo inferitur; unam guttam aquae sufficere ad validitatem Baptismi. Ex par. 3. utr. 4. Ref. 176, alias 177.

tur: vide etiam Layman in *Theol. Moral. lib. 5. p. 8.* cap. 2. num. 4. qui etiam num. 3. annotat, quod à Sacerdos per errorem vngere infirmum, non olio, sed perfaci Christmata, probabilitate dici posse videtur nihil esse repetendum, sed rem Domino commendandum; tum quia plerumque non posset fieri inuenit vñctio sine scandalo, tum quia valde probabile est Sacramentum Extreme-Vunctionis validè confitendum in materia sacri Christmatis. Ita Layman,

RESOL. VIII.

An moribundo sit ministranda Extreme-Vunctione cum oleo alterius anni?
Et docetur, argente articulo moris, perfaci possit Sacramentum Extreme-Vunctionis brevissima, & tenui linitione unius oculi, auris, manus, narium, & vñctiam absque signo Crucis, & sub una formula communis. Per istam sanctam Vunctionem, &c. Et an sit necessaria vñctio pedis? Ex p. 3. utr. 4. Ref. 176.

§. 1. **L**icit non videatur à peccato excusandos Sacerdos, qui ministraret hoc sacramentum cum oleo veteri, nā debet esse benedictum tempore mortis, vt habetur in cap. literis, de consecrat. diffidit, tamen vbi necessestis vngere, poterit Parochus regreto moribundum oleo veteri, & ita declinari ad finem Congregatio Episcoporum die 20. Martij 1550. utr. 4. Ref. 176. Gauanto in enebir. Episcop. ver. Extreme-fatio, num. 10. & docet Emanuel Sá ver. Extreme-fatio, num. 6. Zambranus de sacrament. Extrem. Vñctio cap. 3. dub. 4. num. 15. & doctissimus Bartolus de officio Parochi, cap. 22. num. 25. vbi num. 30. recte adiunxit multis Doctores in casu necessitatis, eo quod particularium sit in terra, posse Sacerdotem fine culpa impungere vnam autem, vnam manum, aut vnam oculum, & tunc causa celebrandi propter periculum instantis mortis, vñctiones sine Cruce fieri nihil ollit. Et idē non gravabund etiam hic apponere auctoritate Villalobos tom. 1. tract. 10. diffidit, 3. num. 3. vbi sic ait. [Que hará el Sacerdote quando ve al enfermo que está agonizando con peligro de morir sentida de recibir todas estas vñciones. Responde, que en tal caso vña todos los órganos de los cinco sentidos, los cuales están en la cabeza, excepto el tacto, y para el basta vngit una mano, diciendo: Per sanctam sanctam vñctionem & suam pliissimam misericordiam indulget tibi Dominus quicquid peccasti per visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum. Lo qual puede hacer brevemente tocando los órganos de los sentidos, sin detenerse a hacer cruces, y en tal caso las precies que se ajan de decir primero, las dirá despues. Mas esto no lo ha de hacer comunmente, sino en caso de tan grande aprieto, como queda dicho, y si tuvierte lugar añade: Quicquid peccasti per gressum, y vña vo pīc, que ay lenteñia ciada de algunos Doctores que diga, que ell es no cesario.] Ita ille. Vide etiam meipsum in 3. par. p. 1. tractat. 4. resolut. 168. & Tannerum tom. 4. diffidit. 7. Quiaq. 1. dub. 1. num. 19. vbi docet, argente articulo sive in mortis perfici posse sacramentum Extreme-Vñctio, & brevissima, & tenui linitione unius oculi, auris, manus, narium, & oris, etiam absque signo Crucis, & sub una formula communis: Per hanc sacramentum vñctionem, &c.

RESOL. IX.

An si Parochus portet domi oleum Extreme-Vñctio.

ANTOⁿ
Opera
Tom. I.
E III

§. 1. **N**egatiuum sententiam docet Filliarius tom. 1. tract. 3. cap. 4. num. 78. vbi sic afferit: Dico quamlibet vñctionem tantam esse debere, quanta fatus est, iuxta communem modum loquendi. Verum vt rationē vñctionis attingat in particulari, non videtur satis una gutta olei stillare, sed opus est perfundere partem sensus, id enim est vngere, Ita illi.

2. Sed pro probabilitate partis affirmatur habeo validum argumentum; nam ex doctrina Reginaldi in praxi, tom. 2. lib. 28. cap. 9. num. 13. Suarez, & aliorum, id quod de quantitate aquae circa Sacramentum Baptismi assertur; hoc etiam de quantitate olei circa Sacramentum Extreme-Vunctionis assertendum est; sed probabilitate multi DD. vt supra vñctum est, tenent unam guttam aquae sufficere ad validitatem Baptismi. Ergo una stila olei dicitur etiam vngere. Sed tu Lector cogita.

Supr. in ref. quæ hic est
in tom. 1. tr.
1. Ref. 50. §.
1. & 2. & in
aliis eius pri-
mæ annot.

RESOL. VII.

Quidam Sacerdos vñxit infirmum cum oleo veteri, queritur, an peccanerit mortaliter?

Ex quo sequitur esse peccatum mortale, vel oleum benedicere alio die, quam Feria quinta Parasenes, vel illud singulis annis non renouare.

Et notatur, quod si Sacerdos per errorem vngere infirmum non oleo, sed sacro Christmata huius esse repetendum. Ex p. 3. utr. 4. Ref. 175, alias 176.

§. 1. **A**ffirmatiuum sententiam docet Zambranus de casibus occurrentibus tempore mortis, cap. 5. dub. 4. num. 5. & seq. vbi num. 14. sic concludit: Ex d' his sequitur esse peccatum mortale, vel oleum benedicere alio die quam feria quinta, vel illud singulis annis non renouare, vel veteri vti extra necessitatem. Ita ille.

2. Sed hæc aliquibus non probantur, nam vt ait Ledesma in sum. tom. 1. de Sacram. Extreme-Vñctio. cap. 2. in fine. [No es cierto que aya preceto de renouar el aceite de los enfermos cada año, aunque se fuele hazer así: Pero de la Chrisma se halla claro preceto del derecho de que se renueve.] Et Henriquez lib. 3. cap. 8. num... in fin. afferit absolute, quod non est de præcepto renouare oleum singulis annis. Ex his aliquis probabilitate posset respondere, non peccasse mortaliter supradictum Sacerdotem vngenter infirmum oleo veteri. Sic determinauit Henriquez lib. 2. cap. 29. num. 3. vbi ait, quod non prohibetur vngere infirmos veteri oleo, & in glossa, littera V. notauit ita Theologos, & triuulque iuris peritos Salmentenses post longam consultationem determinasse.

3. Sed mihi magis placuit prima sententia, non tam damno sententiam Henriquez, renauandum esse quotannis oleum infirmorum, & vetus comburendum in Ecclesia, vel in piscinam iniiciendum; si vero non sit aliud oleum, nisi vetus, potest instante more fieri cum illo Extreme-Vñctio, & ad hunc finem seruati debet vetus, quovisque nouum habeat.